



**Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas**

**Antverpiæ, M.D.C XXX III.**

S. Maria Magdalena. 22. Iulii.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70962](#)

Habuit verò ad hæc hortatorem Angelum, qui & testem se rectè factorum & vero apud Superos præconem etiam fore pollicitus est. Interea, qui Divo necem parabat regio saltui præfetus, à malo genio correptus, Sospitatem WAN DRE GISIL VM sensit. Annonam egenti monita à cœlo Regina Elitildis misit, Æger acie tamen Dæmonum aciem vicit, & de victoriâ gratulantes Cœlites audivit. Demumne de cœlo ipso dubitaret, triduo autem hoc visum est morituro patere. *Ex Sur-*

**S. MARIA MAGDALENA.**22. *Julii.*

**MAGDALENA**, quæ omnium min spem peccantiū animos erigit, utinam etiam in pœnitentiam erigeret. Tantum lacrimarum potuit lavacrum, cum aquas Amor oculis deplueret à flammis suis calentes, cum ingeniosus è capillis lintea texeret. Ergo tot dæmonum malorum nuper hospitium, CHRISTI fit hospita, hujus sermonibus frui & amoribus digna est, ab hoc apud Simonem de andaciâ, apud sororem de otio, apud Iudam de prodigalitate accusata defendi semper meretur, apud hunc Fratri defuncto vitam exorat, hunc nardi odoribus recreat, ministra per Iudæam sequitur, & in crucem sequitur; hic pedes lacrimis ite-

Cc 4 rum

400 Vitæ Sanctorum. 23.IVL  
rum lotos, iterum osculis siccatis tu-  
mulo condit dolore plena, mox redivi-  
vos ambit gaudiis ebria, & latissimi  
nuntii ad Apostolos nuntia. Quid?  
quod hunc etiam ipsa Apostoli vices  
functa in ipsas usque Gallias Massiliam  
portavit, & populos nova Amoris ma-  
gistra amare Crucifixum docuit. Hunc  
illa inter silvas maximè & loca sola  
venabatur, & in nudo lectulo Crucis,  
quam illic loci Angeli defixerant, in-  
dagabat. Audires jam saxa edocta &  
littora barbara IESVM susprire, IE-  
SVM ingeminare; cum interim sapi-  
culè hic ad Dilectam è cœlo inviseret,  
illa sæpè sæpius ad Dilectum ab Ange-  
lis in aëra, tandem in cœlos etiam ra-  
peretur. Ex Evang. & Silv. Prierate.

S. BRIGITTA VID. 23.Iulii.

Vix dum septennis erat BRIGITTA,  
cum jam coronâ donari meruit à  
cæli IMPERATRICE. Hæc eadem acu-  
pingenti in opere adesse Magistra visa  
est. quidni ab hac Pallade edocta pul-  
chrè pingeret? Eodem ferè tempore  
CHRISTVM velut tunc primum  
in crucem suffixum vidit, dictitantem  
facinus hoc eorum esse, qui suos amo-  
res negligenter, mundi sectarentur.  
Inde illa dolenti tam condoluit, ut  
quoties patientis mentio fieret, testes  
continuo doloris lacrimas daret, feriā  
item